

# כדברה וקעקע

Levit. XIX. 28.

SEU,

## SCRIPTURA STIGMATIS,

DISSERTATIONE PHILOLOGICA,  
Adprob. Ampliff. FACULT. PHILOSOPH.  
*In Regia florentissimaeque ad Auram  
Academia,*

PRÆSIDE,

D. M. CHRISTI ERNO  
ALANDRO,

Eloqv. PROFESSORE Publico.

*Candidæ Eruditorum Censuræ, modeste submissæ*

In Auditorio Maximo,

*die X. Junii A. M. DC. XC. IX.*

AB

ENEVALDO WANOCHIO,

EXC. APUD JO. LAURENT. WALLIUM.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS

SUMMÆ FIDEI VIRO,  
CONSILIARIO MAGNO,  
DICASTERII REGII HOLMENSIS  
PRÆSIDI,

UT ET  
REGIÆ ACADEMIÆ ABOENSIS  
CANCELLARIO,

*ILLUSTRISSIMO atq; CELSISSIMO*

COMITI,

**DN. LAURENTIO  
WALLENSTEDT,**

INSIGNI LITERARUM PATRONO,  
DOMINO SUO GRATIOSISSIMO,

*AUGUSTANAM FELICITATEM!  
ET DIES CUMÆOS!*

CELISSIME COMES,  
DOMINE BENIGNISSIME.



Non minus veritate, quam  
vetustate munitum est,  
quod communi circum-  
fertur sermone: *Beatus qui  
scripturas convertit in opera:*  
nihil namq; in rebus humanis æque præ-  
clarum est & utile, ac istud, cum sacræ  
literæ, ex quibus temporalia pariter ac  
æterna promanant commoda, unice &  
ante omnia tractantur. Hoc quemad-  
modum nihil esse præstantius nihilque  
nobilius, non tam apud veteres Rabbinos,  
כל פלפול בשון ברם השתדלות דאורייתא  
: *Omne studium inutile; sed Studium Le-  
gis bonum,* adfirmantes, quam ipsos Ara-  
bes, in veriverbio quodam dicere solitos:  
*Optimum rei est, quod expenditur in via DEI,*  
creditum est: quidni gravissima repre-  
hensione digni erunt, qui sic reliquas in  
pre-

pretio habent disciplinas, ut scrutinium  
sancti DEI verbi penitus negligent. Hac  
scilicet occasione & ego, ut, ad majora  
straturus viam, me ad Rabbiorum cu-  
jusdam accommodarem monitum; התקן  
עצמך לטרקלן שתכנס בפרוזדור  
i. e. *Præ-  
para te in vestibulo ut possis ingredi in tri-  
clinium*, tennes ingenii tandem pericli-  
taturus vires, animum præprimis præ-  
senti applicui negotio, atque sic in  
hunc rerum circum deductus sum. E-  
quidem, dum hoc intendi, Sacra subiit  
**ILLUSTRISSIMÆ TUÆ EXCEL-  
LENTIÆ** Celsissimi Nominis, & ma-  
gis quam Heroicarum Virtutum, ex  
quibus benignissimus ille erga singulos  
Mularum satellites dimanat affectus,  
mentem recordatio, quæ aliquantisper  
diligentius fota, brevi effecit, eo auda-  
ciæ prolabi, ut exiguum hunc labo-  
rem **ILLUSTRISSIMÆ TUÆ EX-  
CELLENTIÆ** Magno Nomini non  
refugerim inscribere, qui, ut possit vi-  
deri despectus, ampliori tamen spe me-  
rito fretus, non modo **ILLUSTRISSI-  
MÆ TUÆ EXCELLENTIÆ** vultum  
sub-

subire non veretur; quinimo, futurum,  
ut sibi de Benignissima ILLUSTRIS-  
SIMÆ TUÆ EXCELLENTIÆ censu-  
ra gratulari & lætari liceat, mature satis  
præfagire non dubitat. Submissione  
vero, qua unquam possum devotissima  
venio, cernuus Specimen præsens Phi-  
lologicum ad pedes ILLUSTRISSIMÆ  
TUÆ EXCELLENTIÆ deponens, si-  
mul ac humiliter obsecrans, dignetur  
hanc pagellam benigno excipere vul-  
tu, meque in clientum suorum recipere  
numerum. DEUS, Summus Rerum Ar-  
biter, CELSISSIMAM TUAM EXCEL-  
LENTIAM, cum tota ILLUSTRISSI-  
MA FAMILIA, sospitem & incolumem, in  
Ulum CLEMENTISSIMI REGIS, De-  
cus Patriæ, Patrocinium denique omni-  
um, qui sub sua delitescunt defensione,  
quam diutissime conserve, protegat &  
defendat, sero denique cælo restituat.  
Ceu ex intimo pectore vovet & vovebit.

I L L U S T R I S S I M Æ T U Æ  
E X C E L L E N T I Æ

*cliens humilimus*

E N E V A L D U S W A N O C H I U S .



SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS

SPECTATÆ FIDEI VIRO,

IN CHRISTO

Reverendissimo PATRI

ac DOMINO,

DN. JOHANNI  
GEZELIO,

S, S, Theologiæ DOCTORI

longe Celeberrimo,

Inclutæ Diœcesios Aboënsis

EPISCOPO Gravissimo,

Regiæ Academiæ

PRO-CANCELLARIO Eminentissimo,

Patrono & Mæcenati

summo,

EXOPTATISSIMAM FELICI-  
TATEM!



*audet tenue hoc Exercitium,  
quo sydere natum, necio,  
omine utinam prospero! o-  
culos REVERENDISSIMÆ  
TUÆ PATERNITATIS subi-  
re, non fretum auctoris sui eruditione & poli-  
tiori doctrina, cuius apprime conscium est,  
quam sit exigua; sed mirā REVERENDIS-  
SIMÆ TUÆ AMPLITUDINIS erga hujus  
generis lucubrationes, facilitate & propensio-  
ne, quam expertum præstolari, præsens o-  
mnino rerum mearum exegisse videtur status.  
Subit quidem mentem divinatio, fore, ut  
audaciæ notam incurram, quippe qui exili  
hocce ingenii factu REVERENDISSIMI PA-  
TRIS gravissimis occupationibus moram in-  
jicere omnino non metuerim, qui ne tantil-  
lam quidem temporis residuam habiturus sit  
particulam, quo vel levia hæc unico dignari  
liceat aspectu. Fateor omnino me audaciæ  
perrupisse limites; alio tamen consilio hoc non  
fecisse, quam ut debitum meum erga REVE-  
RENDISSIMUM PATREM obsequium, &  
hujus obsequii documentum, publico hoc qua-  
licum*

licunqve specimine, declararem, submisſe ro-  
gans, ut REVERENDISSIMIS PATER-  
minus hoc levidenſe benigno excipere vultu,  
adeoqve me meaqve ſtudia ſibi commendata  
habere, dignetur. DEUM ſupplex obteſtor, ut  
favere Ingenti Dono quod terris dedit, Illi-  
qve perennem addere proſperitatem, propitius  
velit. Hoc meum votum ſemper erit, qui  
ſum & ero.

REVERENDISSIMÆ TUÆ


EMINENTIÆ

Servus humilimus

ENEVALDUS WANOCHIUS.



CANDIDE ET BENEVOLE LECTOR,  
SALVE!

 *Induxissem semper in animum, de certo quodam argumento satis diu sollicitum, nihil, nisi quod delicatioribus aliqua ex parte ad palatum foret, Et si non subactius iudicium, tamen exquisitiorem redoteret operam, publicam lucem mereri, ni, spe intento sine frustrata, demum in illustra lucis prasens opella prodisset proscenia, qua, rebus ponderis mole gravioribus licet destituta, Suadeque Tulliane flexanimis lenociniis minus imbuta, jejuna sua sterilitate squalcat; tamen ausus etiam difficilioris conamina, cum laudem meruisse creditum est apud eos, queis humanitas Et candor antiquus in pretio sunt, cui accedit Celeb. cujusdam Hebræorum Filii, qua singulos, quibus, in cursu studiorum aliquis, quacunque demum ratione fiat, ponitur obex, erigere studet, saluberrima paranesis: **אם לא ילגת חספא לא משתכח מרגניתא** Si non elevas lapidem, non invenietur margarita sub eo, in his, leviter tactis solidioris literatura farragi-*  
*ni.*

nibus, ingenii mei placitum est periclitari  
 vires: Arbitror autem, si, eo quod hæc, quasi  
 ad maturiores melioresque occasiones diffe-  
 renda, præcipitantius scripserim, dica teme-  
 ritatis mihi adscribatur, hoc posse in justam  
 esse δικαιολογίαν: In magnis rebus, & vo-  
 luisse sat est. Extorsit sane hoc, non ina-  
 nis cujusdam glorie affectande titillatio, quo-  
 rundam ventoso eruditionis pruritu turgen-  
 tium mentes occupans, cum & elaboratio valde  
 inculta talem ex ipsa sibi promereri nulla ratio-  
 ne persuadeat; verum suavit hoc ipsa libertas,  
 quapropter, in hoc negotio tanto minus sudave-  
 rim, quanto noverim, me nequaquam istud  
 eo consilio fuisse aggressum, ut aliquid en-  
 comii promererer. Excipe proinde Benevole  
 Lector presens specimen utut insipidum, &  
 animum Tuum hac in parte Rabbiorum sub-  
 jicito iudicio, qui sic dixerunt: מל תסתכל  
 : בו בנקו אל כמר שי בו i. e. Ne  
 inspicias cantharum, seu externam alicujus  
 rei speciem; sed potius id quod in eo est,  
 proque candore tuo excusa, atq; sic Te, a Momi  
 moribus probabis alienissimum, quod vicissim  
 grato præconio demereri studebimus.

MEM.

MEMBRUM I.  
GENERALE.

§. I.



peræ pretium me fa-  
cturum existimo, si,  
antequam ad plenio-  
rem hujus materiæ  
tractationem fiat ac-

cessus, pauca quædam originem  
nominis attinentia, impræsentia-  
rum præmiserim, cum hoc non  
solum recta ratio svadeat; (*quod ne-*  
*quidquam in naturam rei inquiremus,*  
*ubi de nomine nobis non certò constet*)  
sed & Virorum, tam vetustiorum,  
quam recentiorum, in palæstrâ li-  
teraria haud infimorum, monita  
exigant; quorum cum extent quam  
plurima & ferè omnibus benè no-  
ta, illa hic longâ serie enumerare  
superfedebo. Insignem tamen il-  
lum locum, quem Rhetorum ille

Coryphæus, Cicero ( *a* ) habet, adduco: *Omnia* ( inquit ) *quæ à ratione suscipitur de re aliquâ institutio, debet à definitione,* ( puta tum nominali, ut vocant, tum reali ) *proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur?* Ne itaque placita eorum sicco ( ut ajunt ) præteream pede, pauca quædam materiæ hujus originem spectantia, in antecessum observare libet.

## §. II.

Refert, teste *Christian. Beem.* ( *β* ) sua, vox *Stigmatis*, initia Græco verbo, *σίζα*, *pungo*, unde verbale, *στυμη* & *στυμα*, quorum prius in Novo Testamento deprehenditur frequentius, tantumque valet ac *punctum*, præcipuè *temporis*; quod ipsum ex verbis ( *γ* ) *Lucæ Evangelistæ* satis superque liquet, dum hunc in modum verba facit: *ἐν στυμῇ χρόνου, ἢ puncto temporis, ἔδειξεν διάβολος ἑυλαῖ* ( *δι-*

( *a* ) *Libro I. Officiorum.* ( *β* ) *de Origine Lat: Ling: p. m. 408.* ( *γ* ) *Cap. IV. 5.*

( ὁμιλιότη' Ἰησοῦ ) πᾶσαι πρὸς Βασιλείας τῆς  
 οἰκουμένης. Posterius, σίγμα videlicet,  
 ( quod Romanâ Civitate donatum,  
 Signum alicui inustum, seu quocumque  
 modo impressum notat ) non in usu  
 adeo crebro occurrit; in Epistolâ  
 tamen Paulinâ ( δ ) ad populum  
 Galatinum semel animadvertitur:  
 τῷ λοιπῷ, κόπας μοι μηδεὶς παρεχέτω,  
 ἐγὼ γὰρ τὸ σίγμα τῷ κυρίῳ Ἰησοῦ ἐν τῷ  
 σώματι μου βασάλω, i. e. De cetero, ne-  
 mo mihi molestiam creet, ego namque  
 notas Domini JESU in corpore meo porto.  
 Hebræis Stigma שׁוּמָא dicitur, & a-  
 lio vocabulo שׁוּמָא, quod in ( ε ) Ex-  
 odo observatur. Syris est Stigma

שׁוּמָא a שׁוּמָא

maculavit, Radice, in formâ Paël  
 tantum usitata: habetur hæc vox  
 in Epistola ( ζ ) ad Galatas, ut & in  
 ( η ) posteriori Epistola Petri, diver-  
 sam obtinens significationem: in

Λ 2

pri.

( δ ) Cap. VI. 17. ( ε ) Cap. XXI. 25.

( ζ ) Cap. VI. 17. ( η ) Cap. III. 14.



4  
 priori enim *notas iniustas*, vel etiam *Stigmata*, in posteriori *maculam* designat. Germanis tantum valet *Stigma*, ac: Ein Mahlzeichen / oder Brandtmahl. Denominantur ab hac voce *στυμαλ* Ⓞ, *στυμαλῶν*, Stigmatici, isti, quibus *Stigma*, hoc est, nota aliqua ita iniusta est, ut semper appareat. Germani hanc reddunt vocem per; Denen ein Schandzeichen angebrennet ist / und mit Schandflecken oder einem Brandtmahl bezeichnet. Cicero scribit, Alexandrum Phæreum, quum ad uxorem Theben in cubiculum veniret, solitum præmittere barbarum quendam compunctum notis Threiciis, districto gladio, ob metum. Ejus verba sunt hæc (Ⓞ) *O miserum, qui fidelio rem, & barbarum, & stigmatiam putaret, quam conjugem.*

§. III.

**E**tymologiam *Stigmati*s excipit homonymia, quæ, ut plurimum, nisi  
 (Ⓞ) *Libro II. Officiorum.* sub.

sublata fuerit, errorum mater salu-  
tatur: ne igitur nos variis suis si-  
gnificationibus seducat, accuratè  
observandum, vocem *Stigmatis* I.  
Pro cauterizatione, notâ vel signo  
quod inuritur, aut quocunque mo-  
do imprimitur, venire, quod vete-  
rum scripta arguunt: ( 1 ) *Hesiodus*  
Poëta Græcus celebratissimus hos  
de *Stigmatibus* verlus memoriæ pro-  
didit:

Στίγματα δ' ὡς ἐπιφανὲς ἰδῶν δεινῶσι

δοῦναι

Κυάνεα κατὰ νῶτα\* μελάνθησον δὲ γίρεια.

Porro veluti *stigmata* quedam apparebant  
videnda seuis draconibus

Cærulea per terga: denigratæque ipsis e-  
rant maxille.

Huic accinit ( 2 ) *Juvenalis*: Mitius  
id sane, quod non ἔστίγmate dignum  
credidit. Accedit his testimonium  
( 3 ) *Martialis*: *Frons hæc stigmatate non*  
*meo notanda est.* Eundem plane si-  
gni-

( 1 ) in *Aspide*. pag. 201. ( 2 ) *Satyr.* X.

( 3 ) *Libro* II.

significatum obtinet (u) sententia  
 Plinii: Ideo ad lepras & psoras utuntur  
 & ad tollenda stigmata. Accipitur  
 vox Stigmatiſ 2. pro lugillatione  
 & infamiâ, quem significatum nos  
 docet (v) Suetonius, qui sic de Cæſa-  
 re: Valerium Catullum, a quo sibi Per-  
 ſiculis de Mamurra perpetua Stigmata  
 imposita non diſſimulaverat, ſatisfacien-  
 tem eadem die adhibuit cæna, hospitioq;  
 Patris ejus, ſicut conſederat, uti per-  
 ſeſeravit. Venit Stigma 3. Pro qui-  
 busvis afflictionibus, quod (ξ) di-  
 ctum ex Epistolâ ad Galatas supra  
 memoratum evincit: Per stigmata  
 enim Apostolus hoc loco deno-  
 tari vult, non stigmata proprie di-  
 cta, sive notas inuſtas, nec vulnera  
 Christi corpori infixâ; sed quas-  
 cunque obvenientes calamitates,  
 quæ in gratiam Christi quisvis  
 Christianus patienter terre devin-  
 citur. Hic potissimum eo sensu

VO-

(u) Lib. XX. Cap. 13. (v) in vita Julii  
 Cæſaris Cap. LXXII. (ξ) Cap. VI. 17.

Vocabulum *Stigmatiſ* accipitur, quo, ad ſignificandum maculam & ſignum, quod inuritur, ſeu quocun- que modo imprimitur, adhibetur, & quidem ſic in propriiſſimâ ſuâ ſignificatione conſideratum. Synonymiam, partim ob exiguam copiam, partim ob prolixitatem, quam ut ſupervacaneam rejicimus, hic penitus intactam omittimus.

§. IV.

Lex, quam DEUS de non adhibendis *Stigmatibus* promulgavit, occurrit in Levitico, Cap. XIX. 28.

וְשָׂרַט לְנֶפֶשׁ לֹא תִתְּנוּ בְּבָשָׂרְכֶם  
וְכִתְּבַת קַעֲקַע לֹא תִתְּנוּ בְּכַסְּאֵי אֲנֹכִי:  
יְיָ: *Et caſuram ſuper corpus exanime non permittetis in carne veſtra: Et Scripturam Stigmatiſ non ſinatis in vobis: Ego Dominus.* Vel ut Bened. Arias Mont. vertit: *Et incisionem anime non dabit in carne veſtra: Et ſcripturam exarationiſ non dabit in vobis: Ego Dominus.* Duo in hoc

versu continentur membra; prius, incisionem & lacerationem carnis *super* aut *juxta mortuum* fieri solitam prohibet, quale detestabile lugendi generis, ( ut vocat (ο) Cicero ) exponit ( π ) Plutarchus: Τινες δὲ τῶν βαρβαρῶν καὶ μέγῃ τῆς σώματος ἀπολέμενοι, ῥίνας καὶ ὠτὰ, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα κατὰ κίχουρας, δοκῦντες πὶ χαρίζεσθαι τοῖς τελευτηκόσι, &c. *Quidam vero barbarorum, (in exequiis,) etiam corpora sua naribus, auribus, aliisque partibus amputandis, fendant; se nonnihil gratificari defunctis credentes.* Accedit huic testimonium ( ρ ) Hesychii, qui exponens vocem ἐντομίδες ( per quam reddiderunt LXX. Hebræum טרש i. e. *casuram* ) in hunc fere modum profatur: *Ευσμαὶ ὄψεως γινόμεναι, καὶ τοῖς λοιποῖς σώμασι ἐντεμνόμεναι· τοιαῦτα γὰρ εἰώθησι πιεῖν ἐν ( i. e. ἐπὶ ) τοῖς νεκροῖς ἀνθρώπων οἱ ἄπιστα. i. e. Scisura in dultu, aliisque corporis partibus facta:*

παρα

( ο ) Tuscul. III. ( π ) De Consolat. ad  
 Apoll. ρ. 113. ( ρ ) in voc. ἐντομίδες.



nam hujusmodi laniatus facere consuevit  
 pro defunctis infidelium natio. Poste-  
 rius membrum his absoluitur verbis:  
 וכתבת קעקע לא תתנו בבשרכם : אני  
 : יהוה Et scripturam vel inscriptionem  
 stigmati, secundum versionem Ju-  
 nii & Tremellii. Scripturam inustionis  
 ( ut habet versio Arabica ) Scriptura  
 notam, secundum versionem Tigu-  
 rinam. Scripturas punctorum ( ut ver-  
 tit Syrus ) non suctis in vobis: Ego  
 Dominus. Cuius, rerum solummo-  
 dō species intuenti, mirum videri  
 possit, cur DEUS populum suum  
 tot actibus adiaphoris abstinere,  
 iusserit; cur, nempe, vestem e lana  
 & lino confectam gerere, diversi  
 generis animalia simul ad aratrum  
 cogere, incidere carnem super mor-  
 tuum, inurere stigmata, & alia hi-  
 sce cognata, prohibuerit. Quid e-  
 nim actus illi ( per se nec boni nec  
 mali ) meruere, ut legum materia fi-  
 erent, & in illicitis haberentur? Ac-  
 tus hujusmodi abesse videntur

ab omni boni vel mali specie, unde nonnulli Mosi convitiandi ansam arripuerunt, quasi leges arbitrarías Israélitis imposuerit. Ut itaque calumniæ huic ansam præscindamus omnem, & dubitantes, ad veri tramitem perducamus, non nihil solliciti erimus. Proinde, dum veram causam, quæ DEUM ad Legem hanc ferendam præcipue movit, perpendimus, sciendum, Israélitas, qui duram & diurnam in Ægypto serviebant servitutem (cum alii lateres coquere, quidam stipulas undique corrasas convectare, pars lutum asportare, ab operum exactoribus, in cessantium terga pugnis fustibusque sævientibus, vi impulsii fuerint) lethalem superstitionis Ægyptiacæ succum & loriginem imbibisse, Eosque (ut fit) dominorum suorum mandatis & moribus se pariter attemperasse. Nec minus è Scripturâ liquet, eos, cum in desertis & vastis oberrarent

solitudinibus, multum è moribus Ægypti retinuisse; quamvis DEUS in eorum redemptione ex Ægypto tam illustria dedisset bonitatis & probitatis suæ documenta. Cum itaque Israëlitæ Idololatriæ morbo miserè adeò laborarent, DEO visum est ( ut iis medicam adhiberet manum ) multa media experiri, nulli ævo cognita, & quæ fide majora viderentur, nisi quod benignissimo Numini mos sit, *sua omnia, pro varia ( σ ) temporum conditione, ad humani generis commodum administrare.* Inter alia verò media ad pestem illam ab Ægyptiis haustam ( idololatriam intelligo ) depellendam, nullum efficacius adhiberi potuit Legge Cærimoniali, quam DEUS eo fine tradidit, ut perpetuum extaret Θεστυασίας instrumentum, & popu-

B 2

lum,

( σ ) Κατὰ καιρὸν πρὸς τὸ συμφέρον, ἐκείσε ὁμοιομεῖ ὁ Θεὸς, τὴν ἀδέρειαν ἐκάστης γενεᾶς διορθῶμεν. S. Crisost. in Psalm. CXIX. m. p. 322.

lum, effræni impetu in Gentium  
 statuta ruiturum, intra aliquos pi-  
 etatis & obsequii limites contine-  
 ret. Legem hanc omnem, idolo-  
 latriam atque sic *stigmata* prohiben-  
 tem, eo præcipuè consilio, sancit-  
 am fuisse, pronum est cuivis è va-  
 riis Scripturæ locis intelligere. Præ  
 aliis autem, huic veritati multum  
 præsidii præbet Caput XX. *Eze-  
 chielis*: Ibi enim DEUS populo in  
 memoriam revocat idololatriam,  
 illam, quâ, dum in Ægypto vive-  
 bant, seipso polluerunt. Subjun-  
 guntur in eodem capite (τ) hæc  
 verba: *Quare & ego dederam ipsis sta-  
 tuta non bona, & jura per quæ non  
 viverent.* Adeo ut Textus ille in-  
 terpretandus videatur, quasi DEUS  
 Prophetam in hunc modum allocu-  
 tus fuisset: Israëlitis, ab Ægypti  
 servitute nuper liberatis, leges de-  
 di, non servis sed ingenuis dignas;  
 utpote nativa sua bonitate com-  
 men-

mendatas, & vitam sincere obtem-  
 perantibus allaturas. Cum autem  
 Leges illas, utpote novas & mori-  
 bus eorum dissonas, violarent, &  
 in cultum idolorum perpetuò ru-  
 erent, tandem Leges alias posui,  
 sua quidem natura *non bonas*, sed  
 quæ jugi loco forent, quo rigidæ  
 cervicis populi contumacia frange-  
 retur, & omnis ad Ægypti mores  
 redeundi libertas & occasio tollere-  
 tur. Vide Theol. Apud Ethnicos olim  
 (rerum Judaicarum causas ineptis  
 conjecturis venari solitos) pro cer-  
 to creditum est, Mosen, Gentium  
 aliarum odio ductum, hanc de *sti-  
 gmatibus* Legem cum aliis complu-  
 ribus earum moribus adversa quasi  
 fronte pugnantibus instituisse. Ea in  
 sententiâ tuit *Diodorus Siculus*, qui  
*Mosis ritus*, *μισάνθρωπα ἔθη*, & *Lysi-  
 machus*, qui Leges ejus, *κακίας διδα-  
 σκάδεις*, *malitia magistros* appellavit.  
 Alii Mosen, statuta Gentium mo-  
 ribus tam dissona tulisse credide-  
 runt,



runt, ut mobile vulgus fœdere & affectu devinciret. Hoc somnium quoque *Tacito* vigilanti placuit: (v) *Moses*, ait ille, quo sibi in posterum *Gentem* firmaret, novos ritus contrariosque ceteris mortalibus intulit. Nonnulli, *Legem Stigmatum*, cum aliis cognatis, a DEO traditam esse, sibi persvaserunt, tantum ut potestatem arbitrariam & merè despoticam in *Israëlitas* exerceret. Accedit his, quod multi è *Judæorum* gente, ad *Philosophiam Ethnicam* sub initia regni *Saracenicæ*, detecisse dicantur, quia *Leges* haud paucæ illis prorsus inutiles & supervacaneæ viderentur. Notandum præterea, hanc *Legem* è diametro *mori Zabiorum* oppositam esse: *Zabii* quippe solenne fuit, corpora sua notis & stigmatibus insignire. *Zabii* autem fuerunt perditissimis moribus *Idololatræ*, *astrorum*, *Dæmonum*, *idolorum*, *mortuorum* etiam cultui,

riti-

(v) *Hist. Lib. v. m. p. 425.*

ritibus insuper & artibus huic cultui connexis admodum & proximè cohærentibus, addictissimi. *Zabiorum* eorum ritus & dogmata, seculo illo, quo Moses ad Hebræos, sub servitutis Ægyptiacæ jugo fatiscientes, redemptor mittebatur, tanquam zizania longè latequè propagata sunt, quæ scientiæ divinæ triticum, penè per orbem terrarum suffocarunt, & in morem ( ne dicam, & religionem ) ubique locorum tunc temporis abierunt. DEUS itaque, ut huic seculi morbo se passim diffundenti occurreret, & Irreligiosos suos à superstitionis illius scabie puros & intactos conservaret; Leges & Ritus haud paucos instituit, qui *Zabiorum* cærimoniis & institutis adversa fronte repugnabant; & his Legibus ea quæ *stigmatum* audit etiam accensenda est. Inter plurima vero, quibus hæc sententia ( quod videlicet plurimæ *Leges Zabias* oppositæ sint ) munitur, ar-

gumenta, primas haud immerito  
 Scripturae testimonio deferamus.  
 Ea satis aperte nobiscum facit,  
 quod e (Φ) *Levitico* liquere potest:  
*Secundum opus terra Aegypti, in qua  
 habitastis, non facietis: Et secundum o-  
 pus terra Canaan, quod Ego adduco vos,  
 non facietis: Et statuta mea servabitis  
 ad ambulandum in eis.* Quibus ver-  
 bis non tantum innuit DEUS, Gen-  
 tium earum ( i. e. Veterum Zabio-  
 rum) ritus Israëlitis interdictos esse;  
 sed ritus & Leges a seipso datas  
 eorum ritibus & institutis fore ad-  
 versissimas. Idem confirmat (χ) *Liber Esther*, ubi Haman sic Re-  
 gem alloquitur: *Est populus quidam  
 dispersus inter populos in omnibus pro-  
 vinciis regni tui, & eorum Leges diver-  
 sae sunt ab omni populo.* Vel ut LXX:  
 Οἱ δὲ νόμοι αὐτῶν ἕτεροι ὡς καὶ καὶ τὰ  
 ἔθνη. Quibus verbis (ψ) *Josephus*  
 sic vicem commentarii praestat:

(Φ) *Cap. XVIII. 2. 3.* (χ) *Cap. III. 8.*

(ψ) *Antiqu. lib. XI. c. 6. p. 378.*

ἔθνη ἐπὶ τι, πονηρὸν, ἀμικτὸν, ἀσύμφυλον,  
 ἕτερον θεοσκείαν τὴν αὐτὴν τοῖς ἄλλοις ἔχον,  
 ἕτερον νόμοις χρώμενον ὁμοίαις, ἐχθρὸν δὲ καὶ  
 τοῖς ἕτεροις, καὶ τοῖς Ἰππιτηδεύμασι, τῷ σω  
 λαῶ καὶ ἀπαισιν ἀνθρώποις. *Est Gens*  
*quedam, maligna, segrex, insociabilis,*  
*neque religionem cum aliis communem*  
*habens, neque legibus utens similibus; sed*  
*est moribus est institutis pugnans cum*  
*tuo populo, est cum toto mortalium genere.*  
*Suffragio non multum ab simili me-*  
*am confirmat sententiam (ω) Ma-*  
*netho, qui de Mose loquens, & Le-*  
*gibus ab ipso datis, Νομοθετήσας,*  
*inquit, καὶ πλείους ἄλλα, μάλιστα τοῖς*  
*Αἰγυπίοις ἐδισμένους ἐναντιώμενα. Cum*  
*plurima sanxisset alia, Aegyptiorum pre-*  
*cipue moribus adversantia. Non est*  
*ad consequendum facile, cur tot,*  
*minutis & (in se) ut videntur nul-*  
*lius momenti ritibus DEUS insi-*  
*steret, eosque sub capitis pœna,*  
*quandoque prohiberet, nisi quod*  
*inter Zabios obtinerent, & cultus*

C

pro-

(ω) *Ap. Josepho l. 1. cont. Ap. p. 1053.*

profani speciem gererent. Quid enim tam serio cautum est, ne quis extremitatem barbæ dissecaret, aut hœdum in lacte matris coqueret, aut capitis pilos in orbem tonderet, ne quis aut super sanguinem ederet, aut *Stigmata* inureret, vel etiam fructum annis ab arboris plantatione primis proveniente manducaret? Quid inquam, DEUS Leges tam curiosas, & (ut prima facie videntur) arbitrarias institueret; nisi quod Leges illæ cum *Zabiorum* moribus aduersa quasi fronte pugnarent, & ritus Legibus illis interdicti, cultus idololatrici signa, vel fœderis cum Diabolo initi pignora, tunc temporis haberentur. Pugnât enim cum sapientiæ & bonitatis divinæ notitia, mentibus humanis naturaliter insita, DEUM onerata supervacua (Leges aut ritus nulli usui servientes) Israëlitis suis imponere voluisse. Huic argumento non nihil momenti addit estatû illud



(a) *Guilhelmi Parisiensis: Scito generaliter, quod in mandatis Legis, que a-pertam videntur habere absurditatem, & nullam secundum literam utilitatem, intenditur elongatio ab Idololatria. Videatur hac de re Excellentissimus D. Spencerus Lib. II. De Leg. Hebr. Ritual. Ea mihi jam non data est provincia, ut Zabismus plurimis legibus ferendis antiam præbuisse probem; quin potius, quo Legis hujusce sensum, & Stigmatum, hac in Lege veterum naturam in lucem proferam, omnem impendam operam. Hoc vero ipsum, vix commodius expediri potest, quam si primum; de variis Stigmatum speciebus olim usitatis, & in Sacro Codice sæpiuscule memoratis agam, Secundo: Stigmata hac in lege vetita pertractem. Tertio: aliqualem eorum formæ generalis & specialis injiciam mentionem. Nec non: eorū locum seu partem corporis, cui plurimum in-  
ure.*

(a) *Libro de Legibus C. IV.*

urebantur dispiciam. Et *quinto* denique: Legis hujus rationem in brevitate, quantâ fieri potest, perpendam.

## MEMBRUM II. SPECIALE.

### §. V.

**E**ò me jam ducit ordinis mihi præscripti filum, ut, antequam profundius me in hujus discursus tractationem imittam, variarum *Stigmatum* specierum numerum inire aggrediar. Quinque proinde eorum observabo species, nullâ vel usus aut forsân formæ affinitate conjunctas, intra Scripturæ Θεοπνεύσεως pomeria præcipue numerari. Primum sibi vendicant locum, *Stigmata Magnatum* & honorabilium. Horum apud Babylonios occurrunt vestigia: eorum namque (annotante, (a) *Mercero*) Ducibus & Viris digni-

(a) *Tbesaur. Ling. Sanc. Vœc. 227.*

gnitate principali conspicuis moris erat, notis carni iniustis insigniri. Hoc eo credibilius, quo clarius (β) Propheta inter alios loci præcipui Insignes Viros, e Babylonia & Assyria oriundos, קרע & שרע i. e. interprete S. Hieronymo, Principem & Ducem memoret; קרע autem proprie Virum quibusdam quasi characteribus notarum & insignem designat. Moris hujus quasdam percipi reliquias testis est (γ) Herodotus, qui hoc de Thracibus memoratu dignum ad posteros transmisit: Τὸ μὲν ἐπίχθραι, εὐγενὲς κέκεσθαι, τὸ δ' ἄσικτον, ἀγενὲς, Frontes notis punctas esse, nobile judicatur, non esse notatas punctis, ignobile. Eundem plane corporis & oris habitum obtinuisse & in consuetudinem abiisse apud Gelonos, e verbis (δ) Claudiani elicere possumus: Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus. Ab hoc ritu non prorsus

(β) Ezech. XXIII. 23. (γ) Lib. V. cap. 6. (δ) Lib. I. in Ruffin.

ius abhorruere olim Britanni: nam insignia eorum fuisse Stigmata, ut pennas Garamantum, crobylos Barbarorum, cicadas Atheniensium, dicit Tertullianus. (ε)

§. VI.

Inter Stigmatum species alterum obtinent locum *Servorum Stigmata*. Apud antiquos mos obtinuit, ut mancipia, servi, vel alia quacunque ratione in ipsorum redacti potestatem, Herorum sive Dominorum suorum nomen, stigma vel characterem sibi impressum gererent. Hujus rei *Phocylides* aliqualem injicit mentionem, de *Stigmatibus* servis imprimi solitis, tale ferens judicium: *Ὀὐκ ἔστιν ἐπιτιμῶν ἡδονὴν. Stigmata ne inscribas ignominia afficiens famulum.* Hæc autem *Stigmata*, servorum *Ethnicorum* (ζ) frontibus plurimum inurebantur, unde occasio data *Ausonio*, in *Pergamum*,

Scri-

(ε) de *Veland. virgin.* cap. X.

(ζ) *Grot. not. in apoc. VII. 3.*

Scriptorem fugitivum, sic jocandi:  
 (n) Ergo notas scripto tolerasti Perga-  
 me vultu. Et quas neglexit dextera,  
 frons patitur. Ritus hujus prisca (ni  
 fallor) simile quid exprimit Joban-  
 nes in (9) Apocalypsi, ubi DEI servi  
 descripti veniunt: *Habentes nomen  
 Agni, & nomen Patris ejus, scriptum in  
 frontibus eorum.* Apud Hebræos au-  
 tem mos veterum servatus vide-  
 tur, quod servi Dominorum suo-  
 rum notas & Stigmata manibus in-  
 usta circumgestarent. Grotius hoc  
 e (i) Zacharie verbis deprehenden-  
 dum esse colligit: *Qua sunt plagæ is-  
 sæ (i. e. notæ, stigmata, secundum  
 Grotium) in medio manuum tuarum.  
 Et dicet: bis plagatus sum in domo dili-  
 gentium me.* Hac enim  $\omega\epsilon\iota\phi\omicron\chi\omicron\tau\iota$   
 sensum loquentis exponit:  $\text{נִסְמָתִי}$   
 propriè plagæ sunt, heic loci tamen per  
 Stigmata explicanda sunt. Stigmata hæc,  
 non ad DEUM aliquem pertinent; sed  
 ad

(n) Epigrammate 19. (9) Cap. XIV. 2

(i) Cap. XIII. 6.



*ad honorem alicujus Potentis, qui me ut clientem suum dilexit, & cujus patrocinio me dedi.* Hunc sensum loco maxime convenire judicavit, quod in Hebræo vox *domus* notet, non *in domo*. Judicium sit penes Eruditos. De *Stigmatis* hisce servilibus fuse tractarunt Cæl. Rhodigin. Antiquit. l. IV. c. 3. Turneb. advers. l. XIV. c. 12. Lips. Elect. l. II. c. 15. Aloyf. Novarin. Elect. Sacr. lib. III. cap. 15. Henric. Ursin. Analect. Sacr. l. I. Sect. 60. qui hac in parte curioso Lectori satisfacient.

### §. VII.

**T**ertio stare volunt loco *Stigmata Zelotarum*, qui nempe, summo erga DEUM zelo accensi & animati, characteribus quibusdam in ipsa cute sculptis, se DEO vero devotos & consecratos indicabant. Nonnullos olim zelo religionis inflammatos, hujusmodi *Stigmata* sacra manibus impressa circumtulisse, e

ver-

versione LXX. colligi potest, qui (x)  
 Prophetæ verba (*hic scribet manu sua  
 Domino*) *ἠδὲ χειρὸς αὐτοῦ* transtulere,  
*Ἰμυράψα τῆ χειρὸς αὐτοῦ, τὸ θεῶ ἐπι.*  
*Scribet in manu sua, DEI SIM.* Nempe  
 sicut & milites antiquitus Impera-  
 toris sui nomen (qua de re s. se-  
 quenti) manibus inscriptum habu-  
 ere. Nemo vere sanus sibi persua-  
 dere potest, LXX. hunc in modum  
 textum interpretari voluisse, si mos  
 quo imprimiebantur *χειρὸς αὐτοῦ* tunc  
 temporis non fuisset receptus. De-  
 inde, vel ex hac Lege constare pot-  
 est, Diaboli servos notas quasdam  
 corporibus iniustas, superstitionis &  
 Satanæ devotionis tesseras, habuif-  
 se: quid ni proinde sentire liceat,  
 nonnullos antiquiorum Judæorum  
 manibus suis quosdam characteres  
 insculptos gestasse, quibus ipsi, pa-  
 ri zelo & animi constantia, se DEO  
 & Legi devotos esse testarentur?  
 Sed quicquid sit, hoc pro firmissimo

D

tenen-

(x) *Jesaja XLIV. 5.*

tenendum, antiquioris Ecclesiæ Christianæ membra, in modum quendam artificiolum, carni suæ JESU Nomen aut crucem impressisse, ut signum illud cum signo, diaboli servis inuito ex aduerso pugnaret. Hinc ansa (λ) Tertulliano data sic dicendi: *Non convenit signo Christi & signo Diaboli*, & (μ) S. Augustino: *Perdidit signum Christi, accepit signum Diaboli*. Fortasse huc digitum intendit (ν) Theologus Apocalypticus, dum alios bestię characterem, alios agni nomen frontibus impressum gessisse, suo firmet testimonio. Non tam alto apud autores profanos hæc *Stigmata* involuta sunt silentio, cum horum mentionem faciat Procopius in ante memoratum *Esaiæ* vaticinium hunc in modum commentans: τὸ δὲ τῆ χειρὸς λέγει, Διὰ τὸ εἶς ἐν ἰσως πολλὰς, ὅτι χαρῶν, ἢ βαχαιῶν, ἢ τῶ στυγῆ τὸ σημεῖον, ἢ τῆν

(λ) *De Idololat. cap. XIX.* (μ) *Tract. VII. in S. Johan.* (ν) *Cap. XIII. 16. & XIV. 1.*

ἢ τῆς χρῆσῆς τοῦ πορφυροῦ. In manu dicit, propter impressas notas, quas aliqui sibi inurebant, aut in carpo manus, aut in brachio, signum crucis efformando, vel exprimendo literis nomen Christi.

### §. VIII.

**L**ocum inter has species quartum *Militum Stigmatibus* addicimus, quorum crebra apud veteres injicitur mentio. Prout enlm servi Dominorum, ita milites Ducum nominibus aut insignibus inscribebantur, sic enim hac de re (ξ) *S. Ambrosius: Characterē Domini inscribuntur servuli, & nomine Imperatoris signantur milites.* Inscriptionibus hisce militaribus indubitata facit fidem testimonium (ο) *Vegetii: Victuris in cute punctis milites scripti, & matriculis inscripti jurare solent.* Ita vero signabantur & censebantur milites, ut, si castra vexillumque desererent, facilius dignos

(ξ) Orat. de vita. Valentia.

(ο) Lib. II. de re militari c. 5.

gnosci possent. In hæc *Stigmata* quasi digitorum videtur intendere dictus ( $\pi$ ) *Autor Apocalypticus*, Et fecit, dicens, ut omnes characterem haberent in dextra manu sua, vel in frontibus. Prout enim servorum  $\chi\rho\sigma\gamma\mu\alpha\tau\alpha$  præcipue in frontibus, ita & militum in manibus gerebantur, ut testatur *Ælianus*:  $\Sigma\gamma\mu\alpha\tau\acute{\alpha}$  ἐστὶ τῶν στρατιωτικῶν ἐν ταῖς χερσίν. Sic morem castrensem habuisse, nos docet *Ætius* ( $\rho$ ) *Stigmata* vocant, quæ in facie vel in alia corporis parte inscribuntur, qualia sunt militum in manibus. Qui plura cupit de militum Stigmatismis novisse, adeat *Lipsum* Lib. I. de milit. Roman. dialog 9 & *Aloyf. Noyarin. Elect. Sacr. L. III. c. 14.*

### §. IX.

**E**xcipiunt jam *Idololatrarum Stigmata*, quinto demum loco expedienda: erant autem illa, characteres aut notæ quædam *Idololatra-*  
tra-

( $\pi$ ) *Cap. XIII. 16.* ( $\rho$ ) *Lib. VIII. c. 12.*



trarum corporibus iniustæ, quibus  
 venefici & idololatræ Dæmonum  
 cultui se manciparunt, & se fœdus  
 cum Sarana perpetuum iniisse o-  
 stendebant. Meminerunt horum tam  
 V. quam N. Testamenti Scriptores.  
 In V. T. istorum mentionem fa-  
 cere deprehendimus (σ) *Zacharia-  
 riam*: (σ) *Tunc dicet ei, τὶ αἱ πληγαὶ,  
 quid sunt plagæ istæ in medio manuum  
 suarum?* In quæ verba *Grotius* hanc  
 adhibet explicationem: *Plagæ sunt  
 stigmata manibus iniusta, per quæ sole-  
 bant Diis Gentium se mancipare, inscri-  
 pto eorum signo, nomine aut numero.*  
 Hoc idem innuit (τ) *Hesychius*, σι-  
 γματὰ, πληγαὶ, πικίλματα, accipiens  
 pro æquipollentibus. Parili ratio-  
 ne sentit *Prudentius*, qui plagas per  
*Sphragitidas & Stigmata* reddit. In  
 verba *Grotii* supra allegata *Quidam*  
 hunc in modum loquitur: *Grotium*  
 horum verborum sensum recte  
 reddidisse, omnino adducor ut cre-  
 dam;

(σ) *Cap. XIII 6.* (τ) *Id 5. γμ.*

dam; cum enim prædixisset *Zachariab*, Pseudo-prophetas & Idolorum nomina e rebus olim peritura, prædicit fore, ut vix quisquam Prophetæ nomen sibi arrogaret, nec populus fidem tam supinam facilemque cuivis prophetæ titulum sibi sumentis adhiberet. In posterum, inquit, si quem Prophetiæ suspectum habuerit populus, eum in examen continuo vocabit, dicens: *Unde plage & Stigmata ista in manibus tuis?* Licet centies neges te esse Prophetam, id tamen testantur manibus iniusta *Stigmata*, aperta illa capitis idolo alicui consecrati documenta. Ad hanc interpretationem firmandam plures adduci possent rationes, nisi alio me instituti ratio avocaret. Locum alterum præbet (v) *Apocalypsis: Et fecit omnes habere characterem in dextra manu sua, aut in frontibus suis.* E quibus verbis discere in proclivi est, *Stigmata*  
illa

illa Idololatrica ad ipsa exspirantis  
 Ethnicismi tempora durasse, modo  
 Grotii interpretatio quid fidei con-  
 conciliet. *Magi, inquit, auctores Tra-  
 jano fuere, ut heterias, id est, sodali-  
 tates sive collegia omnia vetaret, exce-  
 ptis, quæ religionis Paganicæ nomine co-  
 ibant, Cum vero homines natura a-  
 ment sodalitates, factum inde, ut nemo  
 esset in Imperio Romano, qui non in so-  
 dalitatem Deorum alicui dicatam, nomen  
 daret. Qui in ista collegia adscribeban-  
 tur, simul accipiebant in corpore suo χά-  
 ρεγμα aliquod, i. e. Dei alicujus si-  
 gnum, aut literis expressum, aut nume-  
 ris dissimulatum. Hæc viri docti  
 verba nobis usum præstare possunt;  
 vel prout textus illius intentioni;  
 vel saltem ut Historiæ veritati con-  
 sentanea.*

### MEMBRUM III.

#### § X.

**S**istit se jam membrum tertium  
 pensitandum, in quo *Stigmata*  
 hæc

hac in lege vetita considerabi-  
 mus: itaq; circa hoc notandum, *Stig-  
 mata* plane omnia corporibus im-  
 pressa in hac Lege minime pro-  
 hiberi; hoc enim e Loco (u) *Zach-  
 riano* sæpius nobis allegato haud  
 obscure colligi potest: exinde nam-  
 que liquet, Hebræis antiquioribus  
 usu fuisse receptum, *Stigmata* quæ-  
 dam tanquam insignia civilia cir-  
 cumferre manibus impressa, qui-  
 bus se in alicujus Patroni cliente-  
 lam omnino tradidisse significarent.  
 Ut rem hanc clarius explicem:  
*Stigmata* tantum *Idololatriæ* hæc in  
 Lege prohibentur, quibus tanquam  
 signis & notis peculiaribus, *Idolo-  
 latræ* se *Dæmonis* quasi bona &  
 mancipia, cujus caractere signati  
 erant, aperte profitebantur. Hanc  
 sententiam suam faciunt complures  
 Clariss. Philologi, quos hic recen-  
 tere longa serie tædiosum magis,  
 quam utile, videtur.

U<sup>T</sup> rem ipsam explicatius persequi queam, observare placet, Gentes antiquas duplicis generis Stigmata Idololatrica, Ordinaria puta & Extraordinaria in more habuisse. Ordinaria quidem, quæ Idololatræ plerique, vel eorum solummodo Antifites & Prophetæ (quippe Diabolo magis solemniter devoti & consecrati) suis corporibus inusta præferabant. De hisce Stigmatibus (β) *Lucianum* agere, dum ministros Deæ Syriæ consecratos depingit, manifestum est: sic enim, *σιζυγία δὲ πάντες, οἱ μὲν ἐς χάρπας, οἱ δὲ ἐς ἀυχένας, καὶ ὑπὸ τῶν ἀπαντες Ἀσσύριοι στυγὰ ἰσοφύεσσι.* Notis autem certis compunguntur omnes; alii quidem in vola manus, alii autem in cervice, Et inde est, quod omnes Assyrii notis inscripti prodeant. Horum Stigmatum meminit *Primasius*, locum illum (γ) Apostoli ad Romanos explicans, & de contu-

E  
me-

(β) *Lib. de Dea Syria p. m. 1076.*

(γ) *Ep. Pauli ad C. I v. 24.*



meliis agens, quibus Idololatræ corpora sua polluebant: nam inter alia, *sibi characteres*, ait, & uestiones infligunt in consecrationibus idolorum. Quidam Joachim Israëuitarum Regem hac insania correptum fuisse, & in eo defuncto notas Idolorum inventas, adstruunt. Hæc enim de Rege isto cui impietas peruerso usu induruerat (δ) leguntur: ויתר דבריו יהויקים ותועבתו אשר עשה והנמצא עליו הנם כתובים על ספר מלכי ישראל: Et residuum verborum Joachim, & abominationum ejus, quas operatus est, & quod inventum in eo, illa scripta in Libro Regum Israël & Judæ. In quæ verba (ε) S. Hieronymus sic profatur: Inter cætera mala, quæ gessit, etiam hoc fecit in corpore suo, quod Dominus prohibuit, dum diceret: Non facietis Stigmata in corpore vestro, quæ postquam mortuus est, in corpore ejus inventa sunt. Similiter corpus Epimeni-

(δ) 2. Chronic. XXXVI. 8. (ε) Tradit. Hebr. in Paral. p. m. 122.

menidis, punctis variis inustum, post mortem ejus deprehensum perhibet *Laërtius*. Ad hoc porro alludunt, ea quæ de Othino, ex antiquis annalibus ( ? ) *Norwegicis* referuntur: *Jam fato vicinus, omnia membra & artus novem cicatricibus insigniri jussit, quas Gritz odde antiquitus vocabant.* Nescio an e moris hujus antiqui reliquiis ortum sit, quod Arabes hodie ( η ) *frontem, genas, labia, brachiaque, cœrulei coloris notis ac tenui factis, tingant inficiantque.*

§. XII.

ET hæc de *Stigmatum* Ordinariorum natura jam dixisse sufficiant, cum exigente proposito, *Stigmata*, quæ Extraordinaria diximus, se nobis sistant definienda: sunt itaque ea, quæ veteres Idololatræ corporibus suis iniusta dederunt, manibus demortui, ipsis aliquo amicitiae vinculo, devincti parentantes. Equidem

E2

Idolo-

( ? ) *Ap. Sberingam, de Orig. Gent. Anglor. p. 244.* ( η ) *Gabr. Sionit, de Orient. mor. p. 6.*

Idololatræ hæc *Stigmata* funebria sibi ipsis imprime resolutos, testimonio nullius ( quatenus sciam ) Orientalium vel occidentalium Scriptoris, evinci potest. Unius tamen ( 9 ) Hebræorum Filii adfertio in promptu est, qui huic notationi circa exequias locum inveniendi testimonium perhibet: *Est aliquis, ait ille, qui signat corpus suum figura aliqua certa per ignem & quidem ob mortuum.* Quicquid sit, nullus tamen hac de re dubitationi relinquatur locus, cum Lex his notis & puncturis opposita tribus aliis Legibus proxime adjungatur, superstitionem aliquam circa defunctos exerceri solitam aperte prohibentibus. Quantum autem rem vetustatis caligine circumseptam percipere datum est, Idololatræ veteres se notis hisce compungebant, vel ut essent amoris sui erga defunctum plane singularis indices & testimonia; vel ut notæ illæ tanquam

( 9 ) *Aben. Ezr. ad Lev. XIX. 28.*

quam *Φυλακίηρα* quædam ad mali alicujus genii incursum & invidiam propulsandam, inservirent; vel ut ipsi, ferro ignito compuncti & excruciiati, Deos inferos & defuncti Manes placatos redderent; vel ut mortuorum memoria, Stigmatis hinc subinde renovata, perennaret.

§. XIII.

Ut itaque Legis hujusce scopum & intentionem dispiciamus, *Stigmata*, quæ diximus Ordinaria, in falsorum Numinum honorem & memoriam facta hac in Lege prohiberi, cum Spencero statuimus, cum & in hanc sententiam ipse loquatur (1) *Theodoretus*, glossemate tali hanc Legem explicans: Ἐλλη- νές πῶτα τῆ σώματι μέρη βελόναις ἐκέντην, καὶ μέλαν ἐπέβαλλον. εἰς θεραπείαν τῶν δαιμόνων, ταῦτα ἔν ὁ θεῶν νόμου ἀπαγορεύει, *Græci aliquas corporis partes acubus compungebant, & atramentum immittebant, in reverentiam Da-*

mo-

(1) *Quest. in Levit. XIX. 28.*

monum; Hæc igitur Lex divina interdicit. A partibus nostris etiam est (x) Oleaster, qui ad hæc verba deveniens: *Scripturæ notam non ponetis in vobis*, hunc in modum profatur: *Scriptum inveni, usque hodie Arabes & Saracenos, & quosdam Insulares apud Fortunatas Insulas degentes, habere pectora & brachia hujusmodi literis & notis inscripta, Et hoc Dominus hic suis prohibet. Omnes enim hujusmodi ritus Gentilium erant & Idololatrarum; quam ob causam a Domino prohibentur. Huic sententiæ inde quoque aliquid accedit lucis, quod hæc Lex, proxime Legi, corporis incisionem inhibenti adjungatur. Nullam autem veri speciem gerit, DEUM ritus hosce nefandos conjungere, & simul interdicare voluisse, quin cognatione aliqua conjuncti fuissent, & uni eidemque fini, Dæmonum cultui nimirum, intervissent.*

§. XIV.

(x) *Comment. in Levit. XIX. 28.*



## § XIV.

Ut paucis alteram quoque *Stigmatum* speciem, quæ Extraordinariorum est, tangamus, & hanc in præsentī Lege locum invenire adfirmamus. Eo autem inclinatur opinio nostra, quod Voces illæ, *pro mortuo*, in Legis utriusque confinio positæ, non minus hanc, quam Legem præcedentem afficere censeantur. Eæ namque Leges particula copulativâ hoc modo annectuntur: *Non incidetis carnem vestram super mortuo & figuras aliquas aut Stigmata non facietis in vobis.* Porro in loco illo *Ἐλάλησθε* ( λ ) Israëlitis interdicitur, ne causa demortui scissuras in carne facerent, nulla mentione *Stigmatum* aut figurarum injecta. Quid vero Moses ea præteriret silentio, nisi quod incisionum nomine hoc in loco & *Stigmata* venirent, & Zabii veteres utraque in mortuorum cærimonis usurparent?

Si

( λ ) Deut: XII. I.

Si quis assertionis nostræ veritatem insufficientiæ argueret, quod nullius Autoris antiqui testimonio firmetur, depromemus verba (μ) *No-  
barini*, sic loquentis: *Scriptum reperi  
in libro quodam M. S. Chaldaeos in  
carne sua sculpere solitos imaginem su-  
orum Majorum. Huc itaque flectere  
hæc verba possumus, ut inhibeat DEUS  
super mortuo carnem incidere, & figuram  
in ea imprimere; ne aliis Gentibus in  
hac re similes essent, & suorum imagi-  
nes ferro in corpore impressas deferrent.*  
Huic annectere visum est *Doct. O-  
slandri* verba, ex quibus Lex tota  
lucem non minimam mutuari pos-  
sit; habentur autem ea in Com-  
mentario super Genesin hunc in  
modum: *Quidam, ut hoc modo sese  
diis suis consecrarent, inussisse cuti suæ  
Stigmata creduntur, & hoc DEUS pro-  
hibet & abominatur gentiles ejusmodi  
superstitiones & corporis humani defor-  
mationem, qua homo suum ipsius corpus*

con-

(μ) *Elect. Sacr. Lib. III. c. 16. Sect. 513.*

*contumelia quadam afficit: Ego enim Dominus odio habens omnem impietatem & levitatem, creans & conservans ad beatam immortalitatem corpora vestra.* Plura, ad stabiliendam sententiam nostram, arbitramur non e re fore, adducere testimonia, cum & hæc B. L. curiositati videantur sufficere.

## MEMBRUM IV.

### §. XV.

**E**xposito sic pro modulo ingenii ad quamnam *Stigmatum* speciem sese Lex hæcce extendat, adductum ordinis præscripti nobis *Stigmatum* forma dispicienda est, quam quidem duplicem constituimus. Generalem puta & Specialem. Generalis nomine, colorem aut speciem, quam *Stigmata* illa reddebant, venire malimus. Huc vero de re Docti in duas potissimum abire sententias, quas hic adducere compendiosè, ut brevitatem imitemur,

allubescit. Nonnulli allu, *Stigmata* illa, leviora quædam puncta vel vulnera, stylo acuto impressa. & atramento vel alio aliquo fuce repleta fuisse, arbitrantur. In hanc partem potissimum inclinare suffragia Judæorum, ostendit (a) *Maimonides*, quem admodum ex verbis ipsius constat: *Scriptum Stigmatis, cujus in Lege mentio fit, appellatur, quando quis, incisa carne sua, incisuram implet fuce, atramento, vel aliis, quibus pingitur, coloribus. Et lect. proximâ, si quis, inquit, se incidit, nec colore infecerit, vel infecerit quidem, nec tamen incidit, liber est, usque dum incidit & infecerit.* Hanc quidem Legem sic explicat *Maimonides* juxta sententiam vulgo in scholis Judæorum receptam; sed alias nec rationi nec antiquitati consentaneam. Nunquam enim probabile est, DEUM notas aut figuras carnibus impressas, non nisi atramento oppletas, hac

(a) de Idololat. cap. XII. §. 10.

hac in Lege vetuisse, vel Idololatrias antiquos, alias in Deorum cultu sanguinis & vitæ prodigos, cutem suam adeo molliter curare voluisse, ut notulis atramento leviter tantummodo carni infixis se Dæmonibus devoverent: nam cum Gentes antiquas tenellos suos Dæmonibus obtulisse constet, nullum dubium esse potest, quin etiam *Stigmata* in Deastrorum honorem ferro candenti impresserint. Ne vero meris inniti videamur conjecturis, veterum testimoniis probaturi sumus, Idololatrias, *Stigmata*, κακίας χαρακτῆρες ( ut *Synesius* ) sceleris sui typos & characteres ferro candenti factos, circumtulisse.

§. XVI.

Diversam a superiori nonnulli foveant sententiam, quos & ipsi sequimur: sentiunt quippe, *Stigmata* hæc acubus aut σφραγίσαιu ignitis impressa, ustionis speciem præbuisse. Quam in rem amplum illud

(β) Philonis testimonium audiamus:  
 Ἔνιοι τασάυτη κέχρηται μανίας ὑπερβολῆς  
 ὡς ἔδ' ἀναχώρησιν ἐαυτοῖς πρὸς μετάνοιαν  
 ἀπολείπυτες, ἵεναι πρὸς δαλείαν τῶν χει-  
 ροκμήτων, γραμμασιν αὐτὴν ἀμολογῶντες,  
 ἐκ ἐν χαριδίοις, ὡς ἴπαι τῶν ἀνδραπόδων  
 ἔθ' Ⓞ, ἀλλ' ἐν τοῖς σώμασι κατσειζοντες  
 αὐτὰ σιδήρῳ πεπυρωμένῳ πρὸς ἀνεξάλει-  
 πτον Διαμοιήν· ἔδ' ἐ γὰρ κρόνω ταῦτα ἀμαυ-  
 ρῆται. I. E. Non desunt quidam, ea u-  
 zentes insania, ut ne receptum quidem  
 ad pœnitentiam sibi reliquum facientes,  
 ad cultum simulacrorum præcipientes ru-  
 ant, confirmantes eam seruitutem lite-  
 ris, non in chartulis, sicut mos est man-  
 cipiorum; sed ferro ignito ustis, ne dele-  
 ri queant postea: Neque vero hæc obscu-  
 rantur tempore. Eundem per omnia  
 signandi modum Zabiis antiquis  
 in usu fuisse, docet (γ) Muhamed  
 Ben Isaac, Quod se radant novaculis,  
 inquam, aut igne notam sibi inurant.  
 Græcos & Ægyptios idem in more  
 ha-

(γ) Ap. Hotting. Hist. Orient. L. I. c. 8.

(β) de Monarch. L. I. p. 891.



habuisse, inde licet opinari, quod Ptolomæus Philopater omnes Bacchi sacris initiatos, (δ) καράτρεαζ δια πυρός, *notari per ignem*, iusserit. Eodem recidit sententia (ε) Prudentii, Sacerdotum Cybeles consecrationem referentis, eos enim *notâ fervente Stigmatos compungi* asserit. Nec infantes a notis tam crudeliter iniustis immunes reliquit superstitio: de his namque (ζ) Lucas de Linda, mores antiquorum Anglorum depingens, hoc tradidit: *Tenellis infantibus, notas certasque figuras animalium ardenti ferro imprimebant*. Constat ex his, Idololatrias antiquos videtur in cute punctis i. e. igne factis, se plurimum inscripsisse, licet aliqua ratione & hoc concedamus, nonnullos, *Stigmata*, atramento, stibio, aut aliis tineturis colorata, sibi quandoque impressisse, quod & quibusdam Arabum hodiernum in morem abiit.

(δ) Macchab. l. III. c. 2. (ε) L. ωει σε-Φαυ. Hymn. 10. (ζ) Descrip. Orb. pag. 379.

Quantum ad *Stigmatum* specialium formas, observandum, eas varias apud Ethnicos extitisse, quas *S. Johannes* hoc verborum complexus est compendio: ( η ) *Et ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habet ( χάραγμα ) characterem, aut nomen bestie, aut numerum nominis ejus.* Ex quibus non absurde colligimus, puncta vel *Stigmata* illa, quibus homines olim Idolis se mancipabant, & a cæteris discernabantur, fuisse Idoli vel Numinis sui *χάραγμα*, Idoli nomen, aut nominis sui numerum, cultorum manibus impressum. Quandoque enim homines per Numinis *χάραγμα*, i. e. insigne vel notam hieroglyphicam, corporibus inustum, in servorum suorum catalogum adscribebantur. Varia autem erant Deorum *Ἔπισημα* vel insignia; nam fulmen Jovem, galea Martem, caduceus

Mer-

( η ) *Apoç.* XIII. 17.

Mercurium, tridens Neptunū & hædera Liberum Patrem significabant. Hac occasione Ptolomæus Philopater edictum promulgavit, ut Judæi omnes, a religione patria deficientes (Ϛ) *καρσάτισται τῷ θεσμίῳ Διονύστῳ, κισσοφύλλῳ, notari insigni Liberi Patris, hædera folio, se paterentur.* Ipse quoq; Ptolomæus Philopater eutem propriam hoc Bacchi caractere notandam præbuit, prout Etymologici scriptor his verbis (ι) notificavit: *Γάλλῳ, ὁ φιλοπάτωρ, Πτολεμαῖος, διὰ τὸ φύλλα κισσοῦ εἰσὶ χεῖρας, ὡς οἱ Γάλλοι. Gallus, Philopater Ptolemæus; quod ei, ut Gallis assolet, hædera folia imprimerentur. Qui vero hoc Bacchi insigne portabant, thyrsiferi & βαρθηκοφόροι vulgo dicebantur.*

### §. XVIII.

Nonnulli nomen Idoli, cui se vovissent Idololatræ, vice Stigmati, imprimebant. Nam *mos erat,*

(Ϛ) *Msc. L. III, c. 2. (ι) in voc. Γάλλος.*

(inquit (κ) Grotius) inscribendi ipsa Deorum nomina Græce, ut: ζεύς, Δίας, Διόνυσος, Jupiter, Mars, Bacchus, aut Syriace: מרנס עוז בעלת בל *Marnas, Azizus, Beltis, Bel.* Huc vergit, quod Hebræi de Joachimo referunt, Stigmata scilicet in occisi ejus corpore inventa, quibus religionis desertæ testimonium inerat, nomen Dæmonis sui, *Codonazer*, exprimentia. Quo vero Gentes ze- lum erga Deos & eorum Idola clari- us indicarent, curarunt, ut literæ nomen Idoli exprimentes, altiuscule corporibus insculperentur. Atq; sic hoc *Stigmate* notati, (λ) τὸ χύραγμα τῆς ὀνόματι, *cœlaturam vel sculpturam nominis*, accipere dicebantur. His fi- dem conciliat, quod refert *Abulensis* e traditione Judæorum (μ) *Idololatra* accipiebant laminam auream, inscriptam Idoli nomine, & inflammata apponebant carni suæ, & manebat ibi profunde inscri- ptum

(κ) *Annot. ad Apoc. XIII. 17.* (λ) *Apoc. XIV. I.* (μ) *in Lev. c. XIX. 27.*

ptum Idoli nomen. Hanc traditionem eò minus a fide alienam sentimus, quod aurea lamina, cum *יהוה* *עֲלֵי־פָנָי*, קדש לחיה *Sanctus Domini* vel, (v) *ἁγίασμα τῷ κνεῖα*, fronti Aaronis apponeretur. Nam forte mos erat, ut Sacerdotes, homines, altaria, Tempa, Deorum, quibus erant consecrata, nominibus insignirentur. Voluit itaque DEUS, ut Aaron ( summus rerum suarum minister ) nomen ejus in fronte gestaret, ut instituta sua ad mores receptos accommodaret, ut lamina illa, Jehovah, in animum populi, Diis alienis assueti, subinde revocaret, & ut hac nota distaret ille DEI Servus a Dæmonis mancipiis, quorum membris Idoli vel Dæmonis alicujus nomen inscribatur. Sed ut hæc mittamus: nostræ opinioni Lex ipsa subsidium præbet, sic enim fuit cœlestis illa veritas, *וכתבת קעקע*, לא התנו בכמ: *Et scripturam Stigmati*

G

11012

(v) LXX. in. Exod. XXVIII: 36.

*non facietis in vobis.* Vel ut LXX.  
*καὶ γράμματᾶ σικτὰ ἔ ποιήσῃτε ἐν ὑμῖν.*  
 Quid autem Idololatræ literas in  
 corporibus suis exararent, nisi, ut  
 nomen Idoli, vel defuncti, literis i-  
 lis exprimeretur?

§: XIX.

Quidam Idololatræ eo infantiæ  
 prolapsi, nonnunquam Idolo a-  
 licui, nominis sui numero cor-  
 poribus eorum inscripto, se man-  
 ciparunt. Gentes, Numinibus suis,  
 non tantum nomina communia;  
 sed & nomina, non nisi Mystis co-  
 gnita, tribuerunt. Priora lite-  
 ris vulgaribus exprimere soliti  
 sunt; posteriora, numeris, summam  
 literarum, e quibus nomina vera &  
 vulgaria constabant, continentibus,  
 involverunt. Sic, nomen Solis My-  
 sticum, octonarium cum sexcente-  
 simo valebat numerum, teste Mar-  
 tiano Capella. Id autem hoc mo-  
 do notabatur, XII. Cabbalisticus  
 ille



ille Deorum nomina designandi  
 modus, eo antiquior habebatur, quod  
 veri DEI (Christi) nomen, mysti-  
 cis numeris expressum, in claro  
 illo *Ænigmate* (ξ) *Sibyllino* reperia-  
 mus: Quamvis haud adeo inter (ο)  
 Doctos conveniat, cuinam Christi  
 nomini vel titulo numerus ille me-  
 lius congruat. Sed hic forsan la-  
 tius quam æquum, a scopo rece-  
 dimus, ad illa itaque, quæ ad ma-  
 teriam spectant, brevitati litaturi,  
 protinus transire placet.

§. XX.

De parte corporis, cui plurimum  
*Stigmata* inurebantur, nihil certi  
 affirmare possumus, cum Veterum  
 monumenta, quæ ignorantia luc-  
 currerent, injuria temporis inter-  
 ciderint. Quantum autem e quorun-  
 dam testimoniis, inter se diligenter

G 2

col-

(ξ) *Orat. Sibyll. L. I. p. 171. ed. Par. 1599.*

(ο) *Job. Opfop. not. in loc. p. II. 12.*

collatis persequi licet, nonnulla de Stigmatum eorum sede probabiliter asseramus: (α) Stigmata illa haud uni eidemque loco vel corporis parti imprimi statuimus, cum (π) *Prudentius*, de Sacerdote Cybeles, hujusmodi *notas & sphragitidas*, uti vocat, accepturo, verba faciens, inquit: *Quamcumq; partem corporis fervens nota stigmatit, hac sic consecratam predicant.* Hisce consona, quæ de Joachimo, Epimenide & Othino dicta sunt, quorum corpora notis hisce magicis impressa deprehensa sunt. Sic *Lucianus*, de Assyriis loquens, *σιζουίαι δὲ πάντες*, inquit, (ρ) *οἱ μὲν ἐς καρπὸς, οἱ δὲ ἐς αὐχένος*, certis autem notis compunguntur omnes, alii quidem in vola manus, alii autem in cervice. Carpoocratiani, Gentium sine dubio morem imitatione exprimentes, (σ) *σφραγίδα ἐν καυτήρι ἐπὶ τὸν δεξιὸν λοβὸν*

(π) ubi supra. (ρ) de Dea Syria m.p. 1076.

(σ) Epiphani. Heres. 27. p. 106.

βὸν τῆ ἀπόστολος, notam quandam, ad imam  
 auriculam dextram, ferro candente  
 discipulis suis inurere solebant. Del-  
 rio, de magis & sagis agens, asserit,  
 eos non raro in partibus obscœnis  
 Dæmonis sui characterem gerere.  
 Cum itaque Magi & Idololatræ,  
 vel in corpore, vel in vola manus,  
 vel in cervice, vel auricula extre-  
 ma, vel pudendis, horribilem Ca-  
 codæmonis, istius Phlegetontii an-  
 guis, notam imprimi permiserint,  
 Stigmata illa, non uni tantum mem-  
 bro impressa fuisse liquet. (β)  
 Quantum ex historia sacra & pro-  
 fana percipere licuit, characteres illi  
 & καυήρια superstitiosa frequentius  
 manibus frontibusque inurebantur.  
 Vindicat hanc a temeritatis nota  
 sententiam insigne illud (τ) testi-  
 monium Apocalypticum: ἵνα δώσῃ αὐ-  
 τοῖς χάραγμα ἐπὶ τῆς χειρὸς αὐτῶν,  
 τῆς δεξιᾶς, ἢ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.  
 Ad quæ verba hæc annotavit Gro-  
 tius.

(τ) Cap XIII. 16.

tius: Partes maxime frequentes, quibus, aut literæ, aut signa, aut numeri imprimebantur, erant frons & illa junctura inter manum & brachium. Signatura in fronte vel in manu, documentum erat, se, dæmonis servos esse, & illius cultui se penitus addixisse. Nam frontem notandi consuetudo ex Oriente fluxit, ubi servi & clientes Dominorum suorum nomina, sponte, Stigmate in fronte gestanda, accipiebant, ut internosci facilius possent. Et hic idem mos progressu temporis in reliquas oras derivatus est, dum mutua conversatione, populorum adjacentium mores, Orientalum, initio quidem admiserunt contagium, & deinde vitium. Cum itaque mancipia dominorum nomina in fronte gestabant, consentaneum videbatur, ut idololatræ servorum ritu signarentur, cum præsertim Dii, quibus cultum exhibebant, nomine *Baalim* (i. e. Dominorum) insignirentur.

## MEMBRUM V.

## §. XXI.

**D**ispicienda jam est occasio, Stigmata illa prohibendi, quasdam itaque rationes, cur Deus hanc Legem dederit, in medium sistimus. *Primo*: Stigmata erant per se mala, & ingentem mali præ se ferebant speciem. Mala sua natura fuerunt, quod Stigmata illa, utpote lamina vel stylo ignito facta, genus humanum misere cruciarent. (a) *Prudentius*, de Sacerdote gentili, ferventi nota consecrato, scribens, cruciatus illas non invenuste his versibus exprimit:

*Has pœnas ferre cogitur Gentilitas:*

*Hæc Dî coercent lege cultores suos:*

*Sic Daemon ludit hos quos reperit:*

*Docet execrandas ferre contumelias:*

*Tormenta inuri mandat infelicibus:*

Notis illis ignitis inscriptos, *execrandas ferre contumelias*, haud absur-

de

(a) *Lib. vii. 52. Cap. Hymn. 10.*



de dicit, quod Homini ( creaturæ, ad laudem & decus natæ ) plane crudeliter illuderetur, & contumelia afficeretur, non facile verbis assequenda. Quid enim vilius & inhonestius vel fingi potest, quam ut Homines, DEI genus & Christi hæreditas, ipsam Dæmonis notam frontibus inustam gestarent? (  $\beta$  ) *Literarū notis inuri propriam & summam oris contumeliam*, dixit Valerius Maximus; quando itaq; maximo cum dedecore conjunctum fuit, ipsa Diaboli *Stigmata*, sceleris & servitutis pessima monumenta, frontibus impressa circumferre, consentaneum videtur, DEUM Israëlitas a *Stigmati* hisce subeundis Lege coërcuisse, ut se tractare discerent, prout homines liberaliter institutos, & in DEI familiam adscitos decet. Neque *Stigmata* hæc in se tantum mala fuerunt; sed & ingenti mali specie dehonestata; adeo ut scandalum præberent populo rudi & in Idololatriam maxime propenso. (  $\beta$  ) *Lib. VI. c. 8.* §. XXII.



## §. XXII.

**A**dhæc notæ & puncturæ, quas diximus, signa quædam erant & Sacramenta, quibus Idololatræ in Deorum cultoribus consecrandis utebantur, quibus etiam nomina sua inter servos horum profitebantur. *Stigmata* huic usui intersuisse, adfirmat *Prudentius*, *ὁ ἐὶ τὴν Πάνων* libro, ubi detestabilem talia imprimendi modum ad oculum depictū (γ) exhibet: *Quid cum Sacrandus accipit Sphragitidas?*

*Acus ministas ingerunt fornacibus:*  
*His membra pergunt urere: utque igniverint,*

*Quamcumq; partem corporis fervens nota Stigmârit, hanc sic consecratam prædicant.*  
 Ad hunc signandi morem respexit forte Tertullianus, in Apologético, dicens: *Talia initiatus, & consignatus, videt in æternum. Non novum est aut varum,* inquit (δ) *Sanctius, ut homines*

H

-co

(γ) *Hymn. X. v. 1078.* (δ) *Comment. in 2. Reg. XXIII. 37.*

eorum in corpore ferant impressa signa, quorum se religioni consecrarunt. In transmarinis regionibus, quas nostro seculo aperuerunt Hispani, plurima moris hujus habemus exempla. Idololatrias etiam, his notis acceptis, se Deorum suorum servos indicasse, testantur (ε) *Talmudici*, cum dicunt: דושמין עצמן לעמ שלהן בלומר שחיה עבר נמכר: וגו' *Usu receptum est apud Idololatrias, ut se suis Idolis signo quodam notent, significantes, se, quasi servos eorum pretio emtos, & nota insignitos esse.* Cum itaque *Stigmata* illa notæ quædam aut tesserae essent, quibus homines se Dæmonibus mancipabant, & ad obsequium iis, sicut dominis, præstandū, obstructos profitebantur; DEUS hisce notis, tanquam dominii sui abdicati testimonii, Israëlitis interdixit, dicens: (ζ) *Ego sum JEHOVA* יהוה *Dominus DEUS vester, ut versio Syriaca ha-*

(ε) apud Hottinger. de Jur. Hebr. p. 393.

(ζ) Levit. XIX. 28.

habet & LXX sic locum transferunt, *Εγὼ εἰμι κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν*. Quasi DEUS apertius dixisset: Gentibus exteris in more est, se Stigmatis inscribere, ut notis illis, se, *τοῖς* Baalim, tanquam Dominis eorum addictos esse, profiteantur. Nolo vero vos, Mihi soli sanctos, notas illas execrabiles & infames accipere. Dominum vestrum agnoscite, cui sacro Circumcisionis caractere vos solenniter addixistis.

§. XXIII.

Præterea, nisi DEUS *Stigmata* illa vetuisset, Circumcisionis dignitatem, & populi, caractere tam sacro signati gloriam, penitus obscurassent. Quid enim dignitatis habere potuit DEI *χάραγμα*, cum Diaboli Stigma juxta positum, parem locum & honorem retineret? Et quid gloriæ Genti illi Nazareæ accidere potuit, quum non minus

Baalis, quam Jehovahæ caracte-  
 rem terre, & utrique ex æquo  
 sacrari, videretur? Nil præter a-  
 lios habet homo ille, in quo *Divi-  
 sum imperium cum Jehovah Daemon  
 habet.* Proporro, Stigmata ad Dia-  
 boli regnum & causam provehen-  
 dam erant apprime accommodata,  
 nam notæ illæ, utpote ferro pluri-  
 mum iniustæ, nec deletu faciles,  
 homines ad pertinaciam ducerent;  
 & vix ullum relinquerent pœni-  
 tentiæ locum. Deinde, Stigmata  
 illa, ad varia hominum ingenia ma-  
 xime fuerunt accommodata, nam  
 procul dubio, nonnulli homines,  
 ad cultum Diabolo palam præstan-  
 dum, nulla machina flecti poterant,  
 qui forsitan haud gravate ferrent,  
 ut illius characteres, membris ab  
 hominum conspectu semotis, inu-  
 rerentur. Verisimile est, delicatio-  
 rem Judæorum aliquorum stoma-  
 chum hostias Baccho oblatas terre

noluisse, qui forte, *καὶ ἐπιπλάται πνευματικῶν Διονύσιος κισσοφύλλω*, inter peccata venialia numerarent. Distinguit ( *η* ) *S. Iohannes* inter eos, qui *imaginem bestiae coluerunt*, & eos, qui *illius characterem acceperunt*. Illi quidem, Idololatriæ crassæ; hi vero, Idololatriæ per interpretationem, rei censeantur.

#### §. XXIV:

**I**d unum de Stigmatis hisce dicendum superest; ea nempe, magno in odio apud Israelitas, nec minori in pretio & honore apud Idololatrias habita fuisse. Ut, quanto in odio & contemptu apud Israelitas fuerint, intelligamus, observare juvat, eos, omnia Gentium instituta, in luctu tenebri frequentia, præter puncta & Stigmata illa, retinuisse. Satis enim e Scriptura innotescit, eos barbas corrumpere, capita in orbem tondere, honestam & pulchram vultus speciem cultris & unguibus violare, solitos,

( *η* ) *Apoc. XIV. 18.* quam-

quamvis Lex divina ritibus illis ad-  
 versari videatur. Nempe probe  
 norant, ritus illos, non minus lu-  
 ctus funebris, quam cultus Idolo-  
 latrici *τεκμήρια* fuisse, & omnes  
 animi ingeniosioris homines rituum  
 eorum ulum in partem meliorem  
 interpretari voluisse. Interea loci,  
 Judæos pietate præstantes, *victuris*  
*in cute punctis*, semetiplos inscripsisse,  
 nullibi legimus, quod scilicet ab iis,  
 tanquam summæ superstitionis &  
 capitis, Diis inferis devoti docu-  
 mentis, abhorrerent. Hoc & eo  
 credibilius, quod, licet DEUS *inci-*  
*juras*, & ritus alios funeri pro-  
 prios, ex Ethnicismo prognatos,  
 semel & iterum prohibuerit; con-  
 stat tamen, Eum, Stigmata, hac tan-  
 tum in Lege diserte vetuisse: quid  
 autem? nisi quod noverat, ea apud  
 pios omnes pessime audire, nec  
 quenquam eorum usum retinere  
 posse, nisi qui totam Legem abdi-



caret? Interea loci, Gentes exteræ  
*Stigmata* illa summo in pretio & ho-  
 nore habuere. Ea enim magno li-  
 cet iniusta cruciatu, animo sponta-  
 neo & religioso acceperunt. Reli-  
 gionis Ethnicæ quasi sacramenta  
 fuerunt, quibus, Deorum cultui se  
 totos addixerunt & consecrarunt.  
 Eorum vero usus longe lateq; propa-  
 gatus est: cum Sacerdotes Ethnici  
 notis ferro cadente impressis, in  
 muneris sui limine signarentur, &  
 partes ita signatæ, veluti cæteris  
 præstantiores, lamina aurea post  
 mortem tegerentur. Sic vero  
*Prudentius*, Sacerdotem Stigmatis  
 iniustum, & jam sepulchro inferen-  
 dum ( § ) descriptum dedit:

*Functum deinde cum relinquit Spiritus,  
 Et ad sepulchrum pompa fertur funeris,  
 Partes per ipsas imprimuntur bractæa:  
 Insignis auri lamina insigniuit cutem,  
 Tegitur metallo quod perustum est ignibus.*

For

( § ) Loco supra laudato.

Forent adhuc plura, quæ ad nobilissimæ hujus materiei ulteriorem considerationem adducenda essent; sed svadet nunc instituti ratio, ne propositæ brevitatis perrumpamus limites, ut, implorato B. L. candore, huic opellæ metam in præsens figamus, daturi

GLORIAM DOMINO,  
MISERATORI MISERICORDI,  
DEO ÆTERNO  
ALTISSIMO!

תוֹשֵׁלֵבֶע אֱלֹהִים:



My much beloved and ingenious Friend  
ENEVALD VVANOCH,  
as formerly, beyond a space of three years  
my most industrious Disciple,

**A**mong the impediments vvhich restrained  
an entire and constant Erudition, is it  
questionless an froward education, that bea-  
reth rule. Because faults being gotten in youth,  
abides in old age. Indeed are many, to vvhich  
fortune beares this favour, that they could  
not be in want of necessary learning, yet out-  
of frowardness of the mind applyed to the li-  
beral arts that old Proverb: ἔδειν πρὸς ἀλφειῶν  
but much illiberally. Others, vvhich  
onely seem to make shew, that they do love  
the letters; nevertheless, before they scarcely  
have a smack of them, being distasted, sul-  
lenly and unbonestly do they cast them away.  
Others, more vvhorthily and honestly, if so much  
happily, having good desire of the letters, do  
make great esteem of them; but either, ὅτι οἱ  
ἀντιπαρῶνῶν unadvisedly do enterprize this  
business, tanquam ex omni ligno Mercurius ex-  
sculpi posset; or, having vvell make advise  
with

with their own inclination, and not refusing  
the annexed grievousness, nor carelessly treat-  
ing them; saving that they, not observing  
meet and befitting method, go astray and de-  
sultory; and also by this way they might  
slowly or difficultly get to the purpose. But  
on the contrary, is it well with them, who  
not wanting the teaching do make due esteem  
of the arts; and allwayes by aduice of GOD  
and their own ingenuity, constantly take care  
to well advance in them; since that they shall  
receive the verily sweet and pleasant fruit of  
the noble vertue. For this cause I rejoyce on  
your behalf, my Friend, who from a child being  
trained up in the liberal arts, after the quick-  
ness of your wit, didst you earnestly insti-  
tuted into letters, and all still therein pressing-  
ly do you fair progress. A witness of this  
same, is this handsome proof of those neat and  
elegantly elaborated treatise, on that most wor-  
thy of knowing matter עקב כתבת id est, of  
the STIGMATS or Marks, on superstitious  
manner by heathens used. Without doubt  
is it usefull, that you do shew forth your  
industry in studying & treating of the holy let-  
ters

ters; putting in mind that worthy of recording speech, therewith one a learned man did extoll his sons theological work: Bene facis, mi fili: plus proderit, si vel unicum dictum Biblicum explicas, quam si in decem profanos Autores commentareris. Now also behold you, my Friend! because you do explicated and clear to us the holy place, Levit. XIX: 28. will it bring to you an great advantage. Thereupon will it be to me, according to our ancient familiarity, a great matter to surely rejoyce, seeing, as I am sure, that this would be a degree for you, to obtain that precious and chargeable reward, which Pallas do stake before the Contenders for it. I! so go you now forward! in the duty of LORD, and the love to the liberal arts, and you shall receive much commendation. At last; I praying unto you much prosperity and blessing of God, abide constantly,

your, to whosoever office  
most ready Friend,

Abo xix May. Ascens. d.

N. Friedelin.

Anno M.DC.IC.

REV. MISS, & C. [illegible]

[Faint, mostly illegible text, possibly a letter or a list of items]

[Faint text at the bottom of the page, possibly a signature or a date]

